

[1] I. Quo usque¹ tandem abutere², Catilina, patientia nostra? Quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata³ iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palatii⁴, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum⁵ omnium, nihil hic munitissimus⁶ habendi senatus⁷ locus⁶, nihil horum ora vultusque⁸ moverunt? Patere tua consilia non sentis, constrictam⁹ iam horum omnium scientia teneri⁹ coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? [2] O tempora, o mores! Senatus haec intellegit. Consul videt; hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii¹⁰ particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela¹¹ vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos omnes iam diu machinaris¹.

Hilfen:

- 1) Lies: usque quo – quo? = wohin?
- 2) Kurzform für: “abuteris”
- 3) effrenatus, -a, -um = zügellos
- 4) Palatium, -ii (n.) = der Palatin (bzw. palatinische Hügel)
- 5) bonus, -i (m.) = der Gute (*als ein politischer Kampfbegriff, weil Selbstbezeichnung der Anhänger der bestehenden, von den Aristokraten beherrschten Staatsordnung*)
- 6) munitissimus locus: *Der Ort der Senatssitzung, der Tempel des Iuppiter am Kapitolsberg, war durch vigiliae und senatstreue Bürger gut gesichert.*
- 7) senatum habere = eine Senatssitzung abhalten
- 8) Lies: vultusque
- 9) constrictum teneri ≈ völlig unter Kontrolle stehen
- 10) publicum consilium = öffentliche Ratssitzung
- 11) telum, -i (n.) = hier: Anschlag, Attentat
- 12) machinari = ersinnen

